



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola II. Honorii Papae II. Ad Tyrios. Significat se Vvilielmum Tyri  
archiepiscopum electum, & a patriarcha Hierosolymitano consecratum,  
pallio donasse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

Honori  
obitus.

testatur Frisingensis, sententia excommunicationis in eos proleta ab intestino bello liberasset, defunctus est xvi. Kalendas Martii, anno 1130. cum tenuisset pontificatum annis quinque, mense uno, & diebus septemdecim. Hic fecit, inquit Pandulphus apud Baronium, ordinationes in Urbe plures, &c. Ægrotus deferri se fecit ex Lateranensi palatio ad monasterium sancti Andreæ, ibique in pace defunctus est: sepultus vero in basilica Salvatoris.

## EPISTOLA I.

HONORII PAPÆ II.  
AD PETRVM CLVNIACENSEM ABBATEM.

De Pontii inuasoris obitu &amp; sepultura.

*Honorius episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Petro Cluniacensi abbatи salutem & apostolicam benedictionem.*

**P**RÆTERITO mense Decembri Pontius viam vniuersitatem carnis ingressus est. Qui quamuis de malis Cluniaco illatis s̄e commonitus poenitentiam agere noluerit, nos tamen pro reuerentia eiusdem monasterii, cuius monachus fuerat, eum honeste sepeliri fecimus. Data Laterani.

## EPISTOLA II.

HONORII PAPÆ II.  
AD TYRIOS.

Significat se Vvilielmum Tyri archiepiscopum electum, & a patriarcha Hierosolymitano consecratum, pallio donasse.

*Honorius episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus suffraganeis episcopis, clero & populo Tyri, salutem & apostolicam benedictionem.*

**V**ENIENTEM ad nos carissimum fratrem nostrum Vvilielmum archiepiscopum vestrum debita caritate re-

cepimus, & quem canonice electum, & a venerabili fratre nostro Guarimundo Hierosolymitano patriarcha consecratum accepimus, pallii dignitate, plenitudine videlicet pontificalis officii, decorauimus. Quia vero de persona sua maximum fructum matri ecclesiae vestrae Tyri, diuina suffragante misericordia, credimus prouenturum, ipsum cum gratia sedis apostolicæ & nostrarum literarum prosecutione ad vos duximus remittendum. Vniuersitati ergo vestra mandando præcipimus, quatenus eum benigne recipiatis, & tamquam proprio metropolitano, & animarum vestrarum episcopo, subiectionem, obedientiam & reuerentiam humiliter deferatis.

## E P I S T O L A III.

## HONORII PAPÆ II.

AD GVAREMVNDVM HIEROSOLYMITANVM  
ARCHIEPISCPVM.

Eiusdem argumenti.

*Honorius episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Guarimundo Hierosolymitano patriarchæ salutem  
depostolicam benedictionem.*

**S**VSCPTIS fraternalitatis tuæ literis, fratrem nostrum Vvilemum, quem in ecclesia Tyri consecrasti archiepiscopum, benigne suscepimus, & eum dignitate pallii, plenitudine videlicet pontificalis officii, decorauimus. Suffraganeis etiam ecclesiae suæ præcepimus, quatenus ei tamquam proprio metropolitano subiectionem & obedientiam deferant. Data in territorio Barenſi octauo Idus Iulii.

## E P I S T O L A IV.

## HONORII PAPÆ II.

AD REGEM DANIÆ.

Ipsi Gregorium legatum suum commendat.

*Honorius seruus seruorum Dei . . . illustri regi Daniæ, salutem  
depostolicam benedictionem.*

**E**CCE iuxta precum tuarum instantiam, & promissio-  
nem nostram, misimus ad te dilectum filium nostrum